

nuel, hoc est Deum hominem factum. Unde Jeremias idem obstupescens, exclamat, cap. xxxi, 22: « Creavit Dominus novum super terram : feminam circumdabit virum. » Primus Persarum rex Cyrus, teste Xenophontem, nūl admirabatur, suscine locebat « nil in terris admirari. » Hoe enim esse mā̄si animi et regii, omnia quasi sub se posita dīspicere ut parva et minora se. Et Seneca dīmītūr nisi Verbum incarne- tūm. Sapiens alii terribiliter nūl mirari, quia Deus aliorū cuncta sub se decepit. At in divinis omnia sunt admiranda, quia magna, imo maxima, præseriūm hoc Emmanuelis mysterium, quod est magnum divinis pietatis sacramentum, ut ait Apostolus, I Tim. iii, 10. Igitur stupenda et admiranda est pietas magni Dei, qui per viscera misericordiae suę visitavit nos orenis ex alto. « Ecce ergo Verbum infans, puer sapiens, Deus homo, » ait S. Bernardus. Docent Theologi viri contemplativi hoc mysterium variis modis nos posse considerare et meditari, ut per modum compassionis, gaudii, gratiarum actionis, amoris, imitationis, sed et hūlissime per modum stuporis, ut quasi stu- pentes et attomiti jugiter stēmus ad tantam Dei dignationem, qua ad nos terra vermiculus descendere, et vermis nobiscum fieri dignatus es, idque non propter se, sed propter nos, ut homines velut vermes sibi uniret faceretque Deus. Ita stupebat illud B. Virgo, S. Paulus, S. Bernardus, S. Franciscus aliquę maximę Saneti, qui plane plenę mundum et omnia que in mundo sunt, uti exilia, brevia et caducum contempserunt, tolumque amorem, cogitationem et stuporem defixerunt in Verbo incarnato, jugi- terque cum Iesu versati sunt, cetera omnia des- picientes.

*Emma- nuel quid?*

EMMANUEL. — Syrus interpretatur : « Amman Elohan, id est nobiscum Deus noster, sed et nos- ter non est in Hebreo Emmanuel. Ex Syro liquet potuisse S. Matthaeus, si Syriacē scripti (uti multi putant, eo quod Judaei, quibus ipsa scri- bebat, tempore Christi Syriacē loquerentur), Hebreum Emmanuel interpretari Syriacē Amman Eloha, id est nobiscum Deus; immo Munsterus et alli qui Evangelium S. Matthei ex Latino vertunt in Hebreum, unicam vocem Hebream Emmanuel interpretantur per duas; unde sic habent : « Em- manuel, quod interpretatur Immanu Elohim, » id est nobiscum Deus.

Alli putant hanc interpretationem factam ab interprete Greco, et deinde Latino. Galli Emmanuel, per aphorēsis decurunt in Noe, quod in Christi natalitiae decant et ingemint. Jam nōn enim Emmanuel, id est nobiscum Deus, signifi- cat Verbi incarnationem et omnem ejus in carne economan. Ita S. Chrysostomus, quia per eam proprie et physice nobiscum fuit Deus per car- nem et conversationem; ethice vero per reconci- liationem et gratiam.

Dices : Quomodo nomen Jesus idem est quod Emmanuel, ut inuit hic S. Matthaeus? Respon-

det Tertullianus, lib. *Contra Judæos*, idem esse non sono, sed sensu. Esse enim nobiscum Deum (quod significat Emmanuel), idem est quod esse Jesum, id est Salvatorem; ne enim aliis a Deo poterat nobis esse salvator. Nota Hebraismum quo vocari sumitur pro esse, q. d. : Jesus vocabitur, id est erit Emmanuel, quia in ipso et per ipsum nobiscum erit Deus, ut ipse iure vocari possit Emmanuel. Est metonymia, cui plane similis est *Ierem. xxiii, 6; Zacharia viii, 3, et Isaia ix, 6*: « Et vocabitum nomen ejus, inquit, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. » Hec enim omnia significantur vel explicite, vel implicite nomine Iesu, id est Salvatoris. Vide ibi dicta.

Nota: Christus ab Isaia et Mattheo non vocatur Emmanuel Iehova, vel Emmanuel Adonai, aut Elohim, sed Emmanuel El, cum tamē hec omnia sint nomina Dei; quia Iehova nota Dei essentiam, significat Deum, quatenus est primum, summum et immensus ens a quo omnia entia summa esse participant. Adonai nota Dei dominium, significatque Deum, quatenus ipsa supremus est omnium Dominus. Elohim nota Dei providentiam, significatque Deum, qua gubernator est, judex et vindex omnium. El vero nota Dei robur et omnipotētiam, significatque Deum, qua fortis est et omnipotens; quia Deus in incarnatione et Christo summa robur et potentiam ostendit, dum per Christum debellavit hostes potentissimos, scilicet Iudeos, infernum, mortem et peccatum; immo et peccata et vita omnia quantumvis enormia et plurima. Hinc et Angelus nuntians hoc mysterium dictus est Gabriel, id est fortis- tudo Dei.

Hinc et tropologie nota : Primo, Nobiscum est Nihil, non tantum per essentiam, praesentiam et in Cœlo, sed etiam per incarnationem vere, propriæ etræliter nobiscum est quasi frater, vivens, loquens, prima, conversans nobiscum in natura humana a se assumpta. Inde secundo nobiscum est in capitulo secundo cum suis membris; Christus enim est et in capitulo fidelium in eos sensum et motum spiritualiter, quoque ad directionem et regimen induit. Tertio, Tertio, idem jam incarnatus in Eucharistia nobiscum est, quasi cibis sua carne non pascens et suo sanguine potans. Hæc physice. Quarto, ethice Christus est cum Ecclesia quasi sponsus cum sposa, ei assistens, protégens, sustentans, ornans, for- fuscandus. Unde Psalmes : « Si arbulavero, ait, in medio umbra mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. » *Psalm. xxxi, 4*. Fidelis ergo in quavis difficultate, labore, tribulatione invocet Emmanuel, id est Deum nobiscum in carne versa- mentem, letusque dicat : « Dominus regit me, et nihil mihi deerit ; in loco pasque, ibi collocavit, etc.; deduxit me supè semitas justitiae. » *Ibidem 1. Et Psalm. xvi, 1* : « Domi- nus illuminatio mea, et salus mea, quem ti-

mabo ? Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo? Si consistant adversum me castra, non timebi cor meum. Si exurgat adversum me prælum, in hoc ego sperabo. » Et cum Paulo : « Si Deus pro nobis (imo cum nobis), quis contra nos? » *Roman. vii*. Jam ergo cuivis fideli, præserim sancto, aut martyri dicere licet id quod Angelus dixit Gedoni, *Judic. vi, 22* : « Dominus tecum, virorum fortissime. »

24. EXURGENS (Grec. άναγκής), id est exper- factus, excitatus) AUTEN JOSEPH A SONO, FECIT SI- CUT PRÆCEPERAT EI ANGELUS DOMINI, ET ACCEPTIT, id est jam acceptam non dimisit, sed retinuit CONJUGEN SUAM.—Hoc enim præceperat ei Angelus.

25. ET NON COGNOSCEBAT EAM, DONEC PEPERIT FI- LIUM SUUM PRIMOGENITUM; ET VOCAVIT NOMEN EJUS JESUM. — Primo, S. Hilarius citatus hic a S. Thoma in *Catena*, Dionysius Carthusianus et Gageneus sic exponit, q. d. : Sicut Iudei non potuerunt inspicere et cognoscere faciem Mosis ab radios Iesu, quos quasi cornua illi Deus afflaverat, dum cum eo colloqueretur in Sina, *Ezod. xxxiv, 29 et seq.*; sic nee Joseph poterat intueri et cognoscere B. Virginem, utpote quia Deus habebat in utero, idoneo facie erat radiantissima; nato autem Christo, fulgor hic et gloria faciei desit, tuncque a Josephi videri et agnosci potuit. Ita ipsi.

Secundo, et contrario S. Epiphanius, *heresi 30*, que est Ebionaeum, sic exponit, q. d. : Joseph mente non cognovit, nec penetravit sanctitatem et dignitatem B. Virginis enim in Scriptura dicitur omnis est ante quem nemo est natus, etiam si sit unigenitus, ut patet *Ezodi. iv, 22 et cap. xii, 2*; et enim primo negat tantum anteriores fuisse filios, nec requirit aut presupponit posteriores extitisse: sic effamus primogenitus vocatur in qui est unigenitus.

Tertio ergo ad litteram genuine cognoscere conjugem in Scriptura significat copulam maritalem, sive actum conjugalem; hunc enim excludit a Christo, ut significet eum non ex Josepho, sed ex Spiritu sancto conceptum.

DONEC.—Hinc infrebant hereticæ : ergo postquam peperit filium, Joseph illam cognovit. Unde negabant B. Virginem semper mansisse virginem, etiamque asserabant virginitatem perdidisse post

*Domini no-  
ris?*

## CAPUT SECUNDUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

Describitur : primo Magorum per stellam vocatio et adoratio Christi; secundo vers. 13, Fuga Christi in Egyptum; tertio vers. 16, infanticidium Herodis; quarto vers. 20, Christi ex Egypto redditus et recessus in Nazareth.

1. Cum ergo natus esset Jesus in Bethlehem Juda, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, 2. dicentes : Ubi est qui natus est Rex Iudaorum? Videlicet enim stellam ejus in Oriente, et venimus adorare eum. 3. Audiens autem Herodes rex, turbatus est, et omnis Hierosolyma cum illo. 4. Et congregans omnes Principes sacerdotum et Scribas populi, scisicitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. 5. At illi dixe-

runt ei : « Bethlehem Iudea; sic enim scriptum est per Prophetam : 6. Et tu Bethlehem, terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda; ex te enim exiit dux qui regat populum meum Israel. 7. Tunc Herodes, clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellae qua apparuit eis ; 8. et mittens illos in Bethlehem, dixit : Ite, et interrogate diligenter de pueru; et cum inveneritis, renuntiate mihi ut et ego veniens adorem eum. 9. Qui cum audirent regem, abiérunt, et ecce stella, quam viderant in nocte, antecedebat eos, usque dum veniens, staret supra ubi erat puer. 10. Videntes autem stellam, gavisi sunt gaudio magno valde. 11. Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, et procidentes adoraverunt eum; et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, anum, thus et myrram. 12. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sun' in regionem suam. 13. Qui cum recessissent, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Josephi, dicens : Surge, et accipe puerum et matrem ejus, et fuge in Agyptum; et esto ibi usque dum dicam tibi : Futurum est enim ut Herodes querat puerum ad perendum eum. 14. Qui consurgens, accipit puerum et matrem ejus nocte, et secessit in Agyptum. 15. Et erat ibi usque ad obitum Herodis, ut adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem : Ex Agypto vocavi filium meum. 16. Tunc Herodes videns quoniam illusus esset a Magis, iratus est valde; et mittens, occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem et in omnibus finibus ejus, a bimatu et infra, secundum tempus quod expiisierat a Magis. 17. Tunc adimpletum est quod dictum est per Jeremiam Prophetam dicentem : 18. Vox in Rama audit a, ploratus et ululatus multus; Rachel plorans filios suos, et noluit consolari, quia non sunt. 19. Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph in Agypto, 20. dicens : Surge et accipe puerum et matrem ejus, et vade in terram Israel; defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. 21. Qui consurgens, accipit puerum et matrem ejus, et venit in terram Israel. 22. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Iudea pro Herode patre suo, timuit illo ire; et admonitus in somnis, secessit in partes Galilee. 23. Et veniens, habitavit in civitate qua vocatur Nazareth, ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas : Quoniam Nazareus vocabitur.

1. CUM ERGO NATUS ESSET JESUS IN BETHLEHEM IUDA, IN DIERIBUS HERODIS REGIS.—Iuda, ita legendum cum Romanis et Graecis, non Iudea, minuto minus Iudea. Iuda vocabatur tribus Iuda, cui, post schisma decem tribuum creatum, sibi regem Jeroboam, adhesit tribus Benjamin, atque hoc duarum tribuum fuit regnum Iuda, in quo regnavit Roboam, ceterique ejus posteri usque ad captivitatem Babyloniam. Adit hoc S. Mattheus ad distinctionem alterius Bethlehem, quae erat in Galilaea in tribu Zabulon, de qua Ioseph xix, 13. Ita S. Hieronymus. Porro Herodes hic fuit primus, Antipater filius, cognomento Ascalonita et Magnus, gente Idumeus, quem Senatus Romanus commendatione Antonii primum subacta Iudeae regem creavit, teste Josepho, lib. XIV *Antiq.*, cap. xviii, vel iuxta aliam distinctionem, xxvi. Mattheus Herodem nominat, ut innuat translatum jam esse sceptrum a Iuda in alienigenam, qualis erat Herodes, ac proinde venisse iam Messiam, sive Christum; non enim signum adventus ejus fore praedixerat propheta Iacob Patriarcha, Genes. xlxi, 10. Ita S. Chrysostomus et Theophylactus

Id audiens et advertens Herodes, ut regnum sib stabiaret, hoc oraculum in se declinavit voluntate ipse haberi Messias, atque ideo magnificissimum templum Iudeis edificavit, illudque anniversario regni sui die natali dedicavit, teste Josepho, lib. XV *Antiq.*, cap. xiv et lib. XX, cap. viii.

Porro huius Herodis Ascalonitus filius fuit Herodes Antipater, qui Joannem Baptistam decollavit, et Christum in passione veste alba induit et il-lusit; nepos vero ejus ex Aristobulo filio fuit Herodes Agrippa, qui Jacobum Apostolum, fratrem Joannis occidens, ab Angelo percussus interit, Act. xii, cuius Agrippa filius fuit Herodes Agrippa junior, coram quo Paulus vinclis causam suam peroravit. *Actior.* xxv, 23 et seqq.

Denique noster Sallanus, Scaliger et alii censem Christum natum anno regni Herodis 36, et penultimo, regnavit enim 37 annis, de quo plura vers. 16; licet Baronius putet Christum natum anno regni Herodis 20, Abulensis 30, Beda 31, Eusebius 32, Severus Sulpius 33, Tornilius 34, alii alio, ut in certis re tam nova et incerta statu possit.

ECCE MAGI AB ORIENTE VENERUNT HIEROSOLYHAM,

DILECTENTES : UBI EST QUI NATUS EST REX IUDÆORUM ?

Magi est nomen usitatum apud Persas (unde

Evangelium Persicum hoc loebat Magusan,

Magi hoc est Magi, sapientes, astrologi) significans

sapientes et philosophos. Videatur autem origine

esse Hebreum, ut censem Genebradus in *Psalm. 1*,

a radice מִגָּהָגָה, id est meditari, inde מִגָּהָגָה magian, q. d. : meditantes, speculantes. « Meditatio enim est clavis sapientie, ut ait Ptolemeus in proemio *Almagesti*; hinc meditabundi vel sunt vel sunt sapientes. Hebreos scutuli Chaldei sunt philosophos vocabant Magos, teste S. Hieronymus in cap. II *Danielis*, et Eugenio, lib. I *De Perenni Philosophia*, cap. iii. Inde Arabes, Syri, Perse, Ethiopiae et ali Orientales (quorum lingue, vel proles sunt, velegontestaffines lingue Hebreorum), suos sapientes et astrologos vocant Magos, teste Plinio, lib. XXV, cap. ii, et Tertulliano, lib. *Contra Iudeos*. Magia ergo hec naturalis, astrologica, licita et bona fuit; sed ex astrologorum abuso, tam nomen quam res in vitium abiit, atque ex astrologia iudicaria (imo astrologi iudicarios fuisse hos Magos opinatus est Origenes); hinc Magos jam vocamus sagos et incantatores. Quocirca perperam Munsterus in Evangelio Hebreo (quod ipse quasi autographum S. Matthei nobis obtrudit) magis veritatem נְכַשֵּׁפָה, id est prestigiatores, incantatores. Nam Syrus, Arabians, Persicus, Aegyptius, atque ac Graecus et Latinus refinenter vocem Magi; solus Ethiopius pro Magi habet adoratores, quia Magi hi venerunt ad adorandum Christum.

Novequoque et perperam Theodorus Beza, calvinista, putat Magos hos oriundos dictosque a Magia

regione Media, de quia Herodotus, lib. I et III.

Plura de Magorum nomine vocisque usu vide

apud Baronium et Jansenium hic.

VENERUNT HIEROSOLYMAN, — tum quia Magi Regem

Iudeorum in urbe regia querendam censem, ita S. Leo; tum quia Hierosolymis erant Pontifices,

Scribē et legis doctores qui ex oraculis Prophetae seire poterant ubi et quando nasceretur Christus, ut de facto hic responderent eum nascentur in Bethlehem. Prudenter enim Magi, licet

stellam haberent, voluerunt etiam illos adire

quasi animatos Dei interpretes, ideoque stella inanima ibi se subduxit, ut cogere Magos adire

Scribas, hinc enim auctor fuit Glossa.

TERTIO, Abulensis in *Numer.*, cap. XXV, et noster

Sebastius Barlaeus hic censem Magos fuisse

Mesopotamicos, quia inde oriundus fuit Balaam,

qui hinc Magorum stellam predixit. *Numer.*

xxv, 27.

Quarto, Navarrus, tract. *De Oratione*, cap. xxi,

asserit se accepisse ab Hieronymo Osorio, Episcopo

Bethlehemita, tanto commodiore ad omar tam spiritu-

quam corporale solatum, prope Hierosolymam et tem-

plum, Doco praterea ita disponere ut illi haberent eos

obi adorare puer Jesus a Magis, requiri returque ab

Herode, et unde foret in Agyptum brevirum traxit.

Rovensis est igitur Nazareth ut ex sua componeat,

omnemque cum sub Bethlehemum transiugavit. Id pro-

metum est colligere ex eoque, sedens ex Agypto, Josephus

quoniam illi natus esset Jesus, statim nazarenum com-

morationem, familie sua peregrinam, communare cum

Patr. *Ioud.*, cap. iii, p. 326 et seqq.

Algarbiorum et celebri scriptore, in vetustissimi Calecutii annalibus haberet, regem Calecutii fuisse unum e Magis, aut certe primarium socium trium Magorum. Credibile est id postea factum, cum Magi ibidem cum S. Thoma apostolo predicarunt. Vide Osorium, lib. I *De Gestis Emmanuelis, regis Lusitaniarum*, ubi asserit, ex Indorum traditione, regem Crangonariorum, que non longe distat a Calecutio, fuisse unum e Magis; hunc enim duobus Magis, e Perside et Carmania, stella duxit, ad Christum prophanterius, tertium se socium adiunxit, ideoque *Cherperimale*, id est unum e tribus nominatum. Addit eundem fuisse colore subnigro, et quasi *Ethiopum*. Similia habet noster Maffei, lib. II *Hist. Indica*, ubi eundem vocat *Pirimal*, assertaque Culani regem fuisse, ac Sibylle Indicae monitu, duce stella ad Christum venisse.

*Quinto*, et verisimiliter, Magi hi fuere Arabes orientales. Unde Cornelius Tacitus, libr. V *Histor.*, ait Judeam ab Oriente habere Arabiam. Probat id: *Primo*, quia illi censem S. Justinus, Tertullianus, Cyprianus, Epiphanius et alii quos citant et sequuntur Barionius, Franciscus Lucas et Suarez. *Secundo*, quia id proprio respondet vaticinio Isaiae, qui, cap. ix, 6, predicti Sabaeos, Madian et Ephra (hi omnes enim sunt Arabes) venturos ad Christum cum munierint. Et sic videtur vaticinium hoc Isaiae intelligere Ecclesia, cum id ipsum assidue recitat in officio ecclesiastico Epiphaniae. Id quoque planer respondet illi oraculo Psalms, *Psalm. LXI*: « Reges Tharsis et insulae munera offerent; reges Arabum et Saba dona adducent. »

*Tertio*, quia Arabia vicinior est Iudea quam Chaldaea, Persia, India, etc. *Quarto*, quia Magorum horum typus fuit regina Saba, que ex Arabia cum similibus muniberint venit ad Salomonem, Christi antitypum. *III Reg. x.* Et licet regina haec dicatur venire ex *Ethiopia*, tamen *Ethiopia* hec non erat Abyssia, sed pars Arabie; nam venerat ex *Ethiopia* orientali, non occidentali, ut sit S. Anselmus, lib. *De Imagine mundi*, cap. xix. Arabia ergo complectitur et regiones huic mari adjacentes, ac præsertim vicinam *Ethiopiam* orientalem. Sic Madianite vocantur *Ethiopes*, quia nigri, vel fuscii. Unde uxor Mosis Madianita vocatur *Ethiopissa*. *Num. xii*. Inde enim mare Rubrum dicitur sinus Arabicus, non *Ethiopicus*, quia tam eis quam ultra mare hoc porrigit sese Arabia. Hinc rursus verisimile est unum vel alterum Magorum fuisse nigrum, sive *Ethiopem*, tum quia vulgo omnes ita sentunt, itaque adorationem Magorum, pinguis pictores; tum quia ex *Ethiopia* dicuntur venisse regina Saba, tum denique quia, *Psalm. LXXI*, dicitur: « Reges Arabum et Saba dona adducent. » Et mox: « Coram illo procedunt *Ethiopes*. » Magi vocantur: « Reges Tharsis, » id est maris Rubri.

*Quinto*, id patet ex donis que Magi Christo obtulerunt. Nam Arabia abundat auro, thure,

myrra; hinc cognominatur *Felix*, utpote aurifera, thurifera, aromatifera. « Thura t. r. est Ars-biani nullis » ait Plinius, lib. I, II, XXIV.

— Solis est thurea virga Sabaei.

#### Et I Georg

In illa mittit ebur, molles sua thura Sabæi.

In hac Arabiæ quoque myrra et aromatum tanta est libertas, ut non alia ligna sunt in usu quam odorata, ne ad ignem quidem parandum, ait Plinius, lib. XII, cap. xviii. Ibidem tantum est aurum, ut genit superpedit auro argenteo splendet, in Saba *Ethiopum* vineula regnum fluit ex auro. Unde Mela, lib. III, cap. x: « Erit, inquit, exornantur, auro contineat vincula fabricant. »

*Sexto*, quis valentinum Balaam de hac Magorum stella editum fuit in Moab, quo era in Arabia, ut docet S. Hieronymus in *Loci Hebr.* Vide nostrum Pincedi, lib. V *de Rebus Salomonis*, cap. xiv, ubi docet reginam Saba venisse ad Salomonem, et tres Magos ad Christum, ex Saba que est in Arabia Felice, ubi habitant Homerites (apud quos proinde, sub Elyssione rege, mire floruit Christiana religio, quasi avita a patribus et regibus, puta Magis his accepta), non autem ex Saba que est in *Ethiopia*.

Communi fidelium vox et sensus est Magos Magi, hos fuisse reges, id est regulos, sive principes, idque (licet id rideat Calvinus) diserte tradunt S. Cyprianus, S. Basilius, S. Chrysostomus, S. Hieronymus, S. Hilarius, Terthianus, Isidorus, Beda, Idacius, quos citat et sequitur hic Maldonatus, Barionius et Radarius. S. Mattheus tamen eos non vocat reges, sed magos, quia ex stella Christum agnoscere magorum fuit, non regum. Hinc et *Psalm. LXXI* vocantur: « Reges Tharsis, reges Arabum et Saba. » Rursum eos numero tres fuisse, secundum tria munera genera, puta aurum, thus et myrram, quia Christi obtulerunt, docent S. Augustinus, serm. 29 et 33 de tempore; S. Leo, serm. 4, 3, 5, 6 de *Epiphania*, idque haec pia fidelium traditio, et innuit Ecclesiæ in officio ecclesiastico Epiphanie.

Ad hanc Auctor *Operis imperfecti in sanctum Mattheum* apud S. Chrysostomum asserit, post Christi resurrectionem, sanctum Thomam apostolum adiisse provinciam horum Magorum, quos baptizasse et fecisse sibi socios predicationis.

Insuper Venerabilis Beda (penes quem sit fides) in *Collectaneis*, non longe a principio, ita eos nominat et depingit: « Primus dicitur fuisse Melchior, senex et canus prolixa barba et capillis; hic aurum obtulit Regi Domino. Secundus Gaspar, juvenis, imberbis, rubicundus, thure, quasi deo oblatione digna, Deum honoravit. Tertius Fuscos, integræ varbatis, per myrram Filium hominis moriturum professus est. » Alii opinantur Magos singulos terca munera, duta aurum.

thus et myrram Christo obtulisse, ut cum profiterentur simul esse Regem, Deum et mortuorum pro salute hominum, idque verisimilis est, ut inferioris ostendam; fieri tamen potuit, ut primus iulus auri, secundus plus thuris, tertius plus myrrae obtulit, et hoc videatur voluisse Beda.

*Fuscos* et *prodigatores* et *martyres* et *res.*

Denique Magos hoc Christum predicantes, ab idolatriis occisos et martyrii lauream adoptos, ac seipso, quasi aurum, thus et myrram, Christo in holocaustum obtulisse tradunt nonnulli, inter quos L. Dexter in *Chronico*, anno Christi 70. « In Arabia Felice, inquit, civitate Sessanio Admetorum, martyrium SS. Regum trium Magorum, Gaspari, Balthasaris et Melchioris, qui Christum adoravunt. » Inde sacra eorum corpora translatam sunt Constantiopolim, inde Mediolanum, Mediolano (cum illud a Frederico Barbarossa everteretur) Colonianum, ubi hodie magna conuersus et religione coluntur, thibet eadem ego ipsa sepe veneratus sum.

*Qui natus est Rex Iudeorum.* — Nota hic et mirare fidem et magnanimitatem Magorum qua in urbe regia alium regem querunt, ne timent iras et vires Herodis, Deo confisi. *¶ Natus duplicit* capi potest: *Primo* materialiter, q. d.: Qui natus est, ut sit, vel fiat Rex Iudeorum. *Secundo*, formaliter, q. d.: Qui natus est rex, qui natura, aut nativitate, sive naturalis est Rex Iudeorum; ut Christus opponatur Herodi, qui fuli intrusus rex a Romanis. Utrumque verum est, tum quia Christo ob unionem hypostaticam debebat regnum omne, non solius Iudeam, sed totius mundi; tum quia Christus descendens quasi primogenitus ex Davide et Salomonie, iure primogenitura heres et successor erat regni corundem, ut dixi, cap. 1, 16, Ita Franciscus Lucas, Jansenius, Maldonatus et alii. *Rex Iudeorum* Antonias, pote Messias, sive Christus, Unde, iis auditis, Herodes congregans Scribas, « scelitabatur ab eis ubi Christus nascetur. » Christi enim index erat stella, de qua Magi subdunt: « Vicimus enim stellam ejus. » q. d.: *Natus est Rex Iudeorum*, imo colorum, quia eum nobis indicavit stella celorum, nosque evocavit, imo omnes invitavit ut eum visitent, honorent et adorent. In novo enim stellæ haec in celo producta, cœlum quasi stuporem sunt tanti Regis, puta Verbi incarnati, ostendit. Nato ergo Christo, stupet cœlum, stupunt Angeli, et affonti ad hanc Dei sui philanthropiam, canunt jubilantes: « Gloria in Excelsis Deo, » ut homines stupidos ad tantæ dignitatis stuporem et venerationem existent, sicut eadem de causa in passione Christi obscuratus est sol et luna, terra contremuit, petra scissæ sunt et monumenta aperta, ut significarent Deum summum mori, seque ob indignissimam ejus neminem funditus concuti et indignari. Hoc est quod predixit Aggæus, cap. II, 7: « Adhuc unum modicum est, et ego commovebo cœlum et terram, etc. Et veniet Desideratus cunctis gentibus. » Hoc

*Barchacobas* est est filius stellarum insignis posterior.

*Stella in*  
*stelle re*  
*signis*  
*posterior*.

*Apposite* stella duxit tres Magos reges ad Christum Regem regum, quia stella habet speciem coronæ regie, ejusque fulgentis et radiantis, atque ideo stella symbolum est regis et regni.

*Christus natus est Rex duplicit*

*Rex Iudeorum* id est *Messias*.

« Numerus stellæ colli, si potes, sic erit semen tuum; » ubi inter alia per stellas designavit reges Israel et Iuda ex Abraham nascituros, ac presertim Regem Christum. Hinc, *Gen. XVII, 6*, eidem Abraham id explicans, diserte ait: « Reges ex ea egredientur. » Quorundam S. Fulgentius, serm. 3 de *Epiphania*: « Quis est, inquit, iste Rex Iudeorum? pauper et dives, humili et sublimis, qui portatur ut parvulus, adoratur ut Deus, parvulus in presepio, immensus in celo, vilis in pannis, pretiosus in stellis. »

Hinc acceptus et vetus militaris ordo regum et principum Francie, qui insigne stellæ in vesta pœse se ferabant, cuius hoc erat emblemata:

Monstrant rebus astra viam.

Qui ordo postea a Ludovico XI, Francie rege, in ordinem sancti Michaelis commutatus est, ut referunt Gaguinus, lib. X, et Genebrardus in *Chronol.*, ad ann. Domini 1496. Hic ordo stellarum primus institutus fuit a Roberto, rege Francie, sub annum Christi 1022, in honorem B. Virginis, cui rex mira erat devotus, ipso ejus Nativitas festo die 8 septembri, eo quod ipsa sit stella maris, obsecratus ut ipsa sui regni, ac presertim nobilitatis esset ductrix, quasi precius stella. Quare trinitas equites et prima nobilitate in hunc ordinem allegit, singulariæ torque auream cum stella ad pectus dependent, in collum injecta. Vide *Annales Parisienses* Jacobi Broulli.

*Videntur enim stellæ eius* — scilicet Regis Iudeorum, puta Messie, sive Christi recessis natu-

Hinc videtur quod stella haec radios suos clariores et longiores extenderit versus Iudeam, ut comete sua expandunt caudas in hanc vel illam regionem, ut scilicet Magi scirent quo ire debarent, nempe versus Iudeam; ibi enim natum esse Messiam Regem Iudeorum, quia hoc innuit etenim Sapienter S. Gregorius, hom. 40: «Omnia elementa, ait, antorem suum venisse testata sunt: Deum hunc ocelli esse cognoverunt, quia protinus stellam miserunt. Mare cognovit, quia sub planis ejus se calcabile prebut. Terra cognovit, quia eo moriente contremuit. Sol cognovit, quia luce sua radios abscondit. Saxa et parietes cognoverunt, quia tempore mortis ejus scissa sunt. Infernus agnovit, quia hos quos tenebat moribus reddidit. Et tamen hume, quem Dominum omnia insensibilia elementa senserunt, adhuc infidelium Iudeorum corda Deum esse minime cognoscunt, et duriora saxis sciendi ad poneundum non lumi.»

Quares, primo quomodo Magi, visa stella, ex ea cognoverunt natum esse Christum?

Primo, priscillianista, teste S. Gregorio, homil. 10, dicebant stellam hanc esse fatum Christi, ut sicut fatum significat, immo determinat res futuras, sic stella haec significari et determinari Christum; sed hos recte refutat S. Gregorius, hom. 10 in Evang., dicens: «Dum non puer ad stellam, sed stella ad puerum concurrit, si dici licet, non stellam pueri, sed fatum stellarum qui apparet puer fuit.» Et S. Augustinus, lib. V de Civitate, cap. 1 et seqq., confutat eos qui dicunt stellas uniques sua fata distribuere.

<sup>An in 22. Hunc accedunt astrologi, ut Albazar, et tria signa sit ex eo Albertus Magnus (si tamen ipse est auctor) in Speculo, ac Petrus de Aliaco, Cardinals vita? et Archiepiscopus Cameracensis, quest. XXX in Genes. et lib. De Legibus et Sectis, qui censem Deum in astris providentiam suam, et ea que per ilam astrum est, certis notis signasse et quasi scripsisse, ut in his astrologi legere potuerint Christi ortum, mores totamque vitam. Vide S. Augustinus, lib. II contra Faustum, cap. v, ubi confutat Manicheos dicentes Christum colligatum esse stellarum et esse sub fato stellarum, unde concludit: «Itaque stella illa quam viderunt Magi, Christo secundum carnem nato, non ad decreturn dominabatur, sed ad testimonium famulabatur, nec eum subjiciebat imperio, sed indicabat obsequio.» Et inferior: «Non ideo Christus natus est, quia illa exiit, sed ideo illa nova exorta est, quia Christus natus est. Unde, si dii oporterer, non stellam Christi, sed Christum stellae fatum fuisse diceremus. Ipse quippe illi, non illa huic nascendi attulit causam. Si ergo sunt fata que a fando, id est dicendo appellata sunt, quoniam Christus Verbum Dei est, in quo antequam essent dicta sunt omnia, non consorium siderum fatum Christi est, sed fatum etiam siderum Christus</sup>

Verum nulla stella potuit ostendere et significare Magis ortum Christi ex Virgine, ejusme immores, miracula et facta singula, presertim supernaturalia, ut transfigurationem, resurrectionem, ascensionem in celum, etc. Primo, quia nulla res naturalis, qualis est stella, significat rem supernaturalem, qualis est partus Virginis, resurrectio, etc.

Secundo, Astrologorum pressagia et predictions sunt experientia, v. g. dicunt astrologi: Tali anno in concursu Martis cum Jove in Libra experti sumus successisse tot rebelliones et prelia; ergo hoc anno in simili eorum concursu idem accidet. Hic autem nulla precessit experientia; nunquam enim virgo pepererat, immo omnes putabant hoc esse impossibile, et planum impossibile: ergo nulla modo ex stellis id pressagire potuerunt astrologi. Adeo, stella haec nullas habebat litteras; litteris enim scribendum erat: «Virgo partur filium; Christus nascetur, crucifigetur, resurget, ascendit in celum, » etc., nullis enim notis, sed solis litteris significari poterat tota series vite Christi.

Tertio, conjectant astrologi ex horoscopo, sive ex concursu stellarum, qui fit dum nascitur puer, v. g. ex ascensu stellae Jovis, infantem qui tunc nascitur, fore joviale et hilare; ex ascensu Martis, fore pugnaceum; ex ascensu lunae, fore varium et mutabilem; ex ascensu Saturni, fore suspicacem et melancholicum, quia haec stellarum ad has complexiones et ad hos effectus naturale habent ordinem, inclinationem et influxum; sed nulla stella est que habeat ordinem vel influxum ad patranda miracula, verbi gratia, ad partum Virginis, ad Dei incarnationem; haec enim omnem vim stellarum superant, ac in sola Dei omnipotencia supernaturali peragi queant.

Quarto, Christus est dominus stellarum uti et rerum omnium: ergo eius subdi non debet, sed potius eas sibi subderet.

Quinto denique, «astra inclinant, non necessitant.» Quare Sapiens dominabitur orbem, S. Augustinus, lib. II contra Faustum, cap. v, ubi confutat Manicheos dicentes Christum colligatum esse stellarum et esse sub fato stellarum, unde concludit: «Itaque stella illa quam viderunt Magi, Christo secundum carnem nato, non ad decreturn dominabatur, sed ad testimonium famulabatur, nec eum subjiciebat imperio, sed indicabat obsequio.» Et inferior: «Non ideo Christus natus est, quia illa exiit, sed ideo illa nova exorta est, quia Christus natus est. Unde, si dii oporterer, non stellam Christi, sed Christum stellae fatum fuisse diceremus. Ipse quippe illi, non illa huic nascendi attulit causam. Si ergo sunt fata que a fando, id est dicendo appellata sunt, quoniam Christus Verbum Dei est, in quo antequam essent dicta sunt omnia, non consorium siderum fatum Christi est, sed fatum etiam siderum Christus

<sup>Et tria signa sit ex eo Albertus Magnus (si tamen ipse est auctor) in Speculo, ac Petrus de Aliaco, Cardinals vita? et Archiepiscopus Cameracensis, quest. XXX in Genes. et lib. De Legibus et Sectis, qui censem Deum in astris providentiam suam, et ea que per ilam astrum est, certis notis signasse et quasi scripsisse, ut in his astrologi legere potuerint Christi ortum, mores totamque vitam. Vide S. Augustinus, lib. II contra Faustum, cap. v, ubi confutat Manicheos dicentes Christum colligatum esse stellarum et esse sub fato stellarum, unde concludit: «Itaque stella illa quam viderunt Magi, Christo secundum carnem nato, non ad decreturn dominabatur, sed ad testimonium famulabatur, nec eum subjiciebat imperio, sed indicabat obsequio.» Et inferior: «Non ideo Christus natus est, quia illa exiit, sed ideo illa nova exorta est, quia Christus natus est. Unde, si dii oporterer, non stellam Christi, sed Christum stellae fatum fuisse diceremus. Ipse quippe illi, non illa huic nascendi attulit causam. Si ergo sunt fata que a fando, id est dicendo appellata sunt, quoniam Christus Verbum Dei est, in quo antequam essent dicta sunt omnia, non consorium siderum fatum Christi est, sed fatum etiam siderum Christus</sup>

est, qui et ipsam carnem sub celo creatam ea voluntate assumpsit, qua etiam celum creavit, ea potestate dispositus et recepit, qua etiam sidibus imperavit.»

Secunda sententia est Auctoris *Imperfecti*:

«Stella haec, inquit, insignita fuit imagine pueri gestans crucem, quia fidei lumen ostendit Christi incarnationem et crucem.» Verum hoc gratis dicitur; nulla enim historia id narrat aut testatur, nisi libri Sethianorum hereticorum, de quibus max.

<sup>4</sup> Gra. calo Ba. ex stellaris indicio: *Primo*, quia id prophetar. Nam, Ma. gl. in stel. Balaam, Num. xxiv, 17: «Oristr. inquit, stella ex cognit. Jacob.» Magi autem fueru posteri vel successores Balaam. Sensus est ergo, q. d.: Ubina et qui natus est Rex Iudeorum? vidimus enim stellam ejus, quem scilicet ex vaticinio Balaam et Sibylle, indicio stellae designandum omnes haecmem expectavimus, et jam ea visa, natum credimus. Sibylle enim Erythreum hoc extat oratione lib. VIII Oracul. Sibyllin.

Divinamque Magi stellam colorem recentem, Non strastusque fuit praepacta sequentibus infra Et in processu.

Ita ex Balaam et Sibylle Magos cognovisse stellam hanc esse indicem Christi, censem S. Basilius, S. Hieronymus, Origines, S. Leo, Eusebius, Prophan, Cyprianus, Procopius et alii quos citavit, Num. xxvii, 17. Hinc et Suetonius in *Vespasiano*, ac Cicerio, lib. II de Divinatione, et Orosius, lib. V, cap. vi, scribunt communem tunc fuisse famam ex Iudea proditorum regem, qui omnibus dominarum, re quod Gentiles falso tribuerunt Vespasiano, idem tradit Chalcidius, qui, Iacet gentilis et phalanthicus philosophus, commentans *Timaeum Platonis*, ita scribit: «Est illa (ab Evangelio, scilicet Matthaei) sanctior et venerabilior historia, qua per hibet de ortu stelle cuiusdam, non morbos mortales denuntiantur, sed desponsum Dei venerabilis ad humanae conversionis, rerumque mortaliae gratiam; quam stellam cum nocturno illicere suscepissent Chaldeorum profecto sapientes viri, et consideratione rerum gestarum satis exercitati, quiescere dicuntur recentem Dei ortum, repertaque illa maiestate puerili, venerati esse, et vota Deo tanto convenientia nuncupasse.» Addit Auctor *Imperfecti*, hom. 2, successores Balaam, post hoc ejus oraculum de stelle per singulas generationes aliquos deputasse, qui continuo celum contemplarentur, ut observarent stellae hiujus ortum in monte qui Victoriae dicebatur; ac tandem cum Magi hi bildej ejus ortum expectaverunt: «Apparuit eis, ait, descendens super montem illum Victorialem, habens in se formam quasi pueri parvuli, et super se similitudinem crucis, et locute est eis, et docuit eos, et praepacte eis ut proficerentur in Iudeam. Proficerentibus autem eis per biennium precedebat stella, et neque

<sup>5</sup> M. <sup>6</sup> in stel. <sup>7</sup> Inde. <sup>8</sup> de Epiph. <sup>9</sup> ne del.

An stel. la facit Spiritus sanctus.

An Ant.

Stella habet ratione. <sup>10</sup> Prima. Produc-

tione.

ta?

gesu-

ta?



qua de causa ipse conversus est a S. Paulo, cum ipse ab eo illius causam dedit, scilicet quod eadem die et hora crucifixus et mortuus esset Christus.

Addit Franciscus Suarez quod stella, qua in progressu erat terra vicina, tantum lucebat in locis quae vicina erant Magis per diem, nocte vero elevabatur, minusque erat conspicua, ut ait Nicæphorus, lib. I *Histor.*, cap. xiii.

Denique apposite Magi vocantur per stellam, quia ipsi erant astrologi : unde scire poterant stellam hanc non esse communem, sed prodigiam et quid portendere; quoicunque ipsi ex novo pulcherrimo side, siderum conditorem et Dominum cui sidera omnia familiariter, jam natum agnoverunt. Pastores vero vocati sunt per Angelos, quia ipsi erant fideles et probi, ut ait Iudeus, qualibus gaudent Angeli. Ita S. Gregorius, hom. 10 in *Evang.* : « Cœli Rege nato, ait, rex terra turbatus est, quia nimis terrena altitudo confunditur, cum altitudo celestis aperitur; sed in vanum, effrustra. Nam, ut ait S. Fulgentius, serm. 1 de Epiph.: « Rex iste non venit reges pugnando superare, sed moriendo mirabiliter subjugare. Nec ideo natus, ut tibi succedit, sed ut in eum mundus fideliter credit, » Non capit Christum regia tua, ait D. Leo, serm. 4, nec mundi dominus potestatis tui sceptri est contentus angustiis; quem in Iudea regnare non vis, ubique regnat, et feliciter ipse regnare, si ejus imperio subderberis. »

*Cor E-*  
*phiphania*  
*tanta so-*  
*lennitatem*  
*celebra-*  
*ta?*

Porro Herodes, quia Idumeus, in alienum Iudeæ regnum per fraudem irrevererat, hinc ut illud retineret, legitimos regni herodes ad unum omnes partim dolo, partim aperte vi occidit, adeo que in universo sayuit qui in regno sibi asserente obicebunt posituri videbantur. *Primo* ergo occidit Hyrcanum, legitimum regni herodem et Pontificem; *secondo* Aristobulum, Hyrcani nepotem et Pontificem; *tertio* Mariam, Hyrcani filiam et suam uxorem; *quarto* Alexandram, Mariam matrem; *quinto* Alexandrum et Aristobulum, suos ex Marianna filios; *sexto* Antipatrum suum, ex alia uxore filium, idque ex metu amicti regni quo Herodes usque ad mortem laboravit, idque in timoribus, suspicitionibus, angoribus miserans et crudelissimum egit vitam. Atque haec fuit causa cur tot innocentes parvulos occiderit, ut nimur inter eos Christum, Iudeæ regem, jam natum interimerent, ne ipse sibi regnum auferret. Legi Josephum.

#### 4. ET CONVOCANS OMNES PRINCIPES SACERDOTUM ET

*Scribas populi*, SCISCUITABATUR AB EIS UBI CHRISTUS

NASCERETUR. — Scribas vocat literatos legisque doctores, qui sacris Litteris, puta S. Scripturae descripte, legende, explicande vacabant :

unde alibi vocantur legisperiti, qualis fuit Esdras scriba.

5. AT ILLI DIXERUNT EI: IN BETHELHEM JUDE: sic *vers. 5.* ENIM SCRIPTUM EST PER PROPHETAM (*Micheam*, cap. v. 2.)

6. ET TU BETHELHEM, TERRA JUDA, NEQUAQUAM MINIMA ES IN PRINCIPIBUS JUDA: EX TE ENIM EXIET DUX, QUI REGAT POPULUM NEUM ISRAEL. — Testimonium hunc exposui Micheam cap. v, quare ibi dicta non repetemus.

Tantum adverte triplicem hic esse S. Matthei cum Micheam antilogiam. Prima est, quod Mattheus nominat *Bethlehem*, cum Micheas eam vocet *Ephrata*. Respondetur: Bethlehem erat hinnomia. A conditoribus enim dicta est Bethlehem, et Ephrata, quia Ephrata fuit pater Bethlehem. I *Paral.* iv, 4. Et *Ephrata* Hebreice idem est quod *frugifer*; idem

turnus esset; ut illi, quem ex una parte ob nuntium acceptum latenter, ex altera latitudine hinc pro se ferre reformarentur. Idque manifeste efficitur ex quod Herodes statuerat ea que machinabatur clam civibus peragere. » *Ibid.*, cap. viii, p. 350.

significat *Bethlehem*, id est domus panis. Vide dicta, *Gen.* xxxv, 16 et 19. Causa litteralis cur Christus nasci voluerit in Bethlehem, fuit ut haberetur filius Davidis qui natus fuit in Bethlehem, illi promissus quasi futurus Messias; moralis, ut doceret nos humilitatem, scilicet amplecti humiles natales, humilem patrum, humilem easam. Unde S. Leo, serm. 1 in Epiph.: « Qui formam servi suscepere, inquit, Bethlehem precelegit notitivum (ut in illo loco obscurum gloriam ortus sui occularet) Hierosolymam passioni, » ut probrum crucis magis esset publicum. Docuit ergo nos deus abscondere, deducere nostrum preparare. Docuit hic nos suo exemplo sapientiam celestem, et mundo paradoxam, « viam ad gloriam esse fugam gloriarum. » Christus enim qui est stella, ita est lux et dux ad beatitudinem et gloriam, se suumque deitatem et dignitatem Messiae abscondit, latens in praesepio Bethlehem, illeque Deus Pater illum totu[m] mundu[m] indicat et glorificat per stellam et celo radiantem. Igur si appetis veram gloriam, fugo gloriam, ambi ignominiam; si enim ambis gloriam, perdes eam; si contempnas, vel invitus honoraberis. Verissimum enim est illud paradoxum: « Gloria sequitur fugientem, sequentem fugit, siue umbra corpus. Gloria precedit humiliatas, » ait Sapiens, *Prov.* xv, 33. Deus enim humiles exaltat, et superhos humiliat. Unde Christus exanimavit et humiliavit senectipsum, factus edocens usque ad mortem, mortem autem crucis, proper quod et Deus exaltavit illum, et dedit illi nomen quod est super omne nomen. » *Philipp.* ii.

Secunda analogia est, quod pro *nequaquam minima es*, ut habet Mattheus, Micheas dicat contrarium, scilicet *parvulus*, id est *minimus* et Respondeatur: apud Micheam tacite adversavimus particularium ex nexo sermonis intelligi, ut *Psalm.* viii, 141 et 137, q. d.: *Minima quidem es, & bethlehem, & Ephrata, si muros, siccies, siedi- ficia, si celebratior species;* sed tam *nequaquam minima es*, si principes a te datos et in te natos, vel nasciuros species. Ex te enim natus est rex David, et ex te nascetur Christus, Davidis unitypus. Aliqui legunt per interrogacionem in *lichea parvulus es?* q. d.: *Nequaquam es minima, sed per Christum evades minima et celebra- lma.* Verum Romani codices earent hac interroga- tione (1).

Tertia, pro *in principibus* Micheas habet *in mil-ibus*. Resp.: Hebr. *viii* de *peh* et *principem* et *mille* significat; sed eodem his reddit ultraiecta versio. Nam *in principibus* idem est quod *inter principes*, scilicet urbes Iudeæ, vel etiam homines, hoc est in prevento hominum principum qui ex te prodiierunt, vel prodibunt; *in milibus* idem est quod

(1) Dici etiam potest non Evangelistam ipsum verba Prophete citare, sed referre simplierem quomodo principes sacerdotum ea citaverint.

inter civitates que continent multa populi milliones sunt principes; et ipse suos habet principes. Nam in Chilidas, sive per millia familiiarum, distributis a Mose erat populus Israel, quarum quaque suos habebat duces et principes. ut paret *Ezod.* xviii, 25, et *Jude.* vi, 15 (2).

7. TUNC HERODES, CLAN VOCATIS MAGIS, DILIGENTER DEDICIT AB HIS TEMPUS STELLÆ QUE APPARET RUT EIS. — Fecit id clam, tum ad evitandos rumores et populi Messianum suum expectantis munera ac tumultus; tum ut penitus et fidientius omnes stelle circumstantias indagaret a Magis.

DICIT AB HIS TEMPUS STELLÆ, ut ex eo sciret quo tempore natus esset Christus, ac omnes infantes illo tempore natos occidendo, inter eos etiam Christum occidere. Jam enim animo destinabat infanticidium, ut sibi regnum Iudeæ assecuraret. Unde Arabicus vertit: « Certior factus est ab illis de tempore in quo apparuit eius stella. »

8. ET MITTENS ILLOS IN BETHELHEM, DIXIT: *Ite, Vers. 8.* ET INTERROGATE DILIGENTER DE PUERO; ET CUM INVENERINT, REUNIATATE MIHI, UT EGO VENIES ADOREM EUM. — Vulpis haec vulpina fuit frus; ut enim Magos sibi redederat obsequentes et fidios, fugit seville Christum adorare, cum eum jugulari cogaret. Sic Antonius Caracalla, ut solus imperaret, fratrem consoritem imperii, anno Christi 214 in sinu matris occidit, utque scilicet pietate mitigaret, fratrem inter duros restringit, dicens: « Sit divus, dum non sit vivus. » Ita Sparianus in *Vita Geta*. Simili modo Herodes ait Magis se Christum adoraturum ut Deum, sed animo destinat se et a *ut* *dominem* regemque occidetur.

9. QUI CUM AUDISSET REGEM, ABIERUNT (*versus 8.*) Bethlehem, ubi Scribe dixerant nasciturum Messiam, ET ECCE STELLA QUAM VIDERANT IN ORIENTE (magno splendore radiantem eosque evocavat, resumpto simili splendore) ANTECERDEBANT EROS, USQUE DUM VENIENS STARRET SUPERA CUBI ERAT PUE. — Hinc apparet quod stella in Oriente majori fulgori splenduerit; deinde Magos comitans, fulgorem humi temperavit, ac in Jerusalem planum occurrit, tum ut Magos cogeret adire Pontifices et Sribas ad querendum ubi nascetur Christus, itaque eis innotesceret jam natum esse Messiam; tum quia Herodes casterique ejus assecrare, utpote impii, indigni erant qui celestem hanc stellam viderent; nam ea abusi fuissent ad querendum et occidendum Christum. Discedentibus vero e Jerusalem Magis, rursus una stella apparet et primeva claritate produlsi, ut Christus, qui lumen, lumen sol est mundi, suo fulgore indirecat certumque locum, pala stabulum in quo ipse natus degebatur, demonstraret, ut Magi

(2) Nonnulli conjungunt grecum Matthei interpretarem *επί την μιλιταρίαν*, minime recte *επί την μιλιταρίαν*, in *μιλι-* *ταρίαν*, legisse; sensus tamen *επί την μιλιταρίαν*.

per domos eum querendo, diu et frusta obrarent.

Vers. 10. 40. VIDENTES AUTEM STELLAM (ita ut primitus coruscantem), GAVISI SUNT GAUDIO MAGNO VALDE (id est gaudio maximo). — Sic enim Hebrei dicunt גָּדֹלָה מְאֹד, id est magno valde, vel magno nimis, id est maximo; quia ex stella ita radiante, quasi ex certo Messiae indicio, cognoverunt eum sibi esse vicinum, seque ducet stellæ recta ad eum tendere.

Vers. 11. 41. ET INTRANTES DOMUM INVERNERUNT PUEBUM CUM MARIA NATRE EJUS. — Hinc putant aliqui Christum, cum affluens ob descriptionem et censum turba, eo peracto, recesserunt, ut multus dominus in Bethleem hospitibus essent vacue, Christum, inquam, et stabulo in quo natus erat, in honestam civis aliequias domum fuisse tristum, ibique adoratum a Magis, quia hie dicitur *intrantes domum*. Ita S. Epiphanius, *hæres*, 31; Maldonatus, Franciscus Lucas et alii.

Gram. de  
man. in  
trans. di  
cunt  
Magis:

Verum ali passim censem domum hic vocari locum, expto stabulum in quo natus erat Christus; de eo enim dixit, 9: « Dum veniens starte supra ubi erat puer. » Hebrei enim quenlibet locum in quo quis dedit, vocant domum. Sic Psal. cint, 17, dicitur: « Herodil domus (id est nudus) dux est eorum, » scilicet volucrum et avium. Cum enim census ab Augusto toti populo indictus per multos dies, immo septimanis et menses aferetur, per singulos dies, affluente alia et alia dirutum censendorum turba, B. Maria et Christo, utpote parumperibus, nullus erat locus in diversorio, usque ad diem tertium decimum ab ortu suo, idque ordinavit Deus, tum ad probandam constantiam Magorum, tum ut eos ceteros que doceret Christi regnum situm esse in pauperitate, humilitate, contemptu mundi, non in opibus fasti, palati pompsique huius seculi. Ita S. Augustinus, serm. 4 et 2 de Epiph.; Justinus *Contra Triphonen*; S. Chrysostomus, Nyssenus, Rabanus, Euthymius, S. Bernadus; D. Thomas, III p. XXXVI, et ibidem Franciscus Suarez, sect. i, qui addit: « Constat, inquit, in stabulo mansisse Christum et B. Virginem, utpote pueram, usque ad purificationem. »

Unde S. Hieronymus, epist. 47 ad *Marcellum*: « Ecce, ait, in hoc parvo terra foramine celorum conditor natus est, hic invictus pannis, hic inventus a pastoribus, hic adoratus a Magis. » El S. Augustinus, serm. de Epiph.: « In præsepi, ait, tunc jacebat, et Magos ab Oriente ducebant; abscondebatur in stabulo, ut agnosceretur in celo ut agnitus in celo manifestaretur in stabulo. » Utramque sententiam conciliabis, si dicas in Bethlehem, utpote urbe parvula, unum duntaxat fuisse hospitum publicum pro adversis, cuius appendix fuerit stabulum pro illorum equis et jumentis: quare Magos dici ingressos domum sive diversorium, quia ingressi sunt stabulum, diversorio. Huic sententiae faveat quod ait

Lucas: « Et non erat ei locus in diversorio, non scilicet communis, non pluribus. Et inveniunt infantem positum in praesepio, uno scilicet, unius illius hospitiis et stabuli.

Josephi hic nulla fit mentio, vel quia aberat in veritate in urbem vel agrum, ut cibos aliaque necessaria B. Virginem et Christo procuraret, idque Dei consilio, ne Magi eum Christi esse patrem, Christumque ex eo more cesteriorum puerorum gentium putarent; vel si erat, ut curator Christi aque ac stabuli, sub nomine Marie conjugis sue intelligitur. Sed hoc phrasis significat Mattheum ita se gessisse B. Virginem et Josephum coram Magis, ut illi ex Dei instinctu intelligentem Christum natum ex sola Virgine, per virtutem Spiritus sancti, Josephum vero tantum esse eorum administrum. Unde Auctor *Imperfectorum*:

« Vides, ait, ut Joseph ad ministerium Marie erat electus. » Quocirca non dubium est Magos cum B. Virginem per se Arabice (quia B. Virgo dono linguarum pollebat) vel per interpretem Hebreice fuisse colloctou, ab eaque didicisse modum conceptionis, partus et nativitatis Christi, ideoque Christum ut Deum Dei filium adorasse, ac ei terra munera obtulisse, sed majora ab eo spiritualia munera in mente recepisse, puta illuminationes, consolations et ardore ecclesiæ, ut pro Christo usque ad fatigacionem labores, eruciarum et necari optarent. Pro auro ergo quod obtulerunt, repperunt augmentum sapientie et amoris ardentes; pro thure, donum orationis et devotionis; pro myrra, studium pure et incorrupte vite.

ET PROCIDENTES ADORERUNT EUM. — Arabicus: « Prociderunt eum adorando. » Erasmus censem Latris  
christianarum  
stabulum Magos non cognovisse Christum esse Deum, ideoque non latra, sed citha civili usum regem Iudeorum adorasse, id est veneratos esse; verum contrarium docent Patres et interpres, scilicet Magos instinctu Dei agnoscere Christi divinitatem, eamque latrâ adorasse, ideoque ei thus, quod soli Deo debetur, obtulisse. Ita S. Ireneus, lib. III, cap. x; S. Leo, serm. 4 de Epiph., et ceteri passim. Unde sapientia S. Fulgentius, serm. de Epiph.: « Attende, ait, quid obtulerunt, et agnoscere quid crediderint. » Hinc dies hic a Graeci vocatur *Epiphania et Theophania*, id est Dei apparitio, quod Christus ex die Magis declaratus sit esse Deus, ac ut Deus ab eis adoratus.

ET APERTIS THESAURI SUIS, ORTULERUNT EI MUNERA (patra et domestica), AURUM, THUS ET MYRRHAM. — Horum enim Arabia est ferax, teste Ezechiel, cap. xxvii, 22, et Plinio, lib. XII, cap. XIV, ex qua veniebant Magi. Nam vetus Arubam et Orientalium fuit mos, regem vel principem non adire, nisi cum munere, quasi hic sit vestigialis honor regi debitus, ut patet Genes. xliii, 11; I Reg., cap. x, 27. Unde Seneca, ep. 47: « Reges Parthos, inquit, non potest quisquam salutare sine munere. » Porro Dei lex est, Exod. xxiii: « Non

apparebis in conspicuo meo vacuo. » Denique regina Saba pretiosa dedit munera Salomonis, et majora ab eo recipit, II Paral. ix, 12. Similiter factum est cum Magis et Christo, qui verus est Salomon.

S. Bernardus in *Sententia* censem Magos obtulisse B. Virginem et Christo aurum, ut eorum paupertati suerentur; myrram, ad consolidanda infantili Christi membra; thus, ad stabuli et animalium fostrum abigendum. His sensus est humiliator et ad litteras cordicem. Nam sensus est humilior et ad litteras cordicem. Nam sensus est humilior et sublimius Patres docent Magos, illuminatos a Spiritu sancto, obtulisse aurum Christo quasi Regi sapientissimo (sapientia enim conferatur et preferatur auro). *Prov. viii, 19*: « Melior, inquit, est fructus meus auro »; thus, quasi Deo et quasi summo Sacerdoti ac Pontifici, homo auro; myrram, quasi homini pro generi humani redemptio morituro, sepeliendo et die tercia vi divinitatis sue ad immortalitatem et gloriam eternam resurrectio: myrra enim conditum mortuorum corpora, ut maneat incorrupta; nam myrra, cum cisa sit, humidificata exsiccat, nec sint igni vermas. Ita S. Leo, serm. 4 de Epiph. « Thus, inquit, Deo; myrram homini; aurum offerunt regi, scienter divinam humanaque naturam in unitate veherantes; quod cordibus credunt, munericibus profestantur. »

Et S. Ambrosius, lib. II in cap. *Luc.*: « Aurum regi, inquit, thus, Deo, myrra defuncto. » Et S. Gregorius, hom. 10: « Euro Regem, thure Deum, myrra mortalem predicant. » *A pulcherrime*, ait S. Hieronymus hic, « Juvenem presbyter munericum sacramenta uno versiculo comprehendit: »

*Thus, aurum, myrram, regique, hominique Deoque dona ferunt.*

Thurius  
synonymus

Hinc Grammatici thus derivant a *θύειν*, id est edere facio; aut potius a *θύειν*, id est sacrificio, quod qui sacrificabat thure utebantur, imo prima priscorum sacrificia fuere thuri suffumigationes, atque inde *thuri honores* vocantur honores divini, qui soli Deo deferuntur. Hinc rursus Saba, ubi thus nascitur, illudit ad *θύειν*, id est colo, venero, et ad Ieh. *πάτημα πολαχί*, id est sacrificio, licet Priscianus, Varro et Servius, *tus* scribentes sine aspiratione, derivant a *tundendo*, quod gibbos tunduntur, cum gibbus ibus thus coalescit.

Beda in *Collectaneis*, cuius verba superiori rexitavi, asserit primum e Magis, nomine Melchiorum, Christo donasse aurum; secundum, nomine Gasparem, thus; tertium, nomine Balthazarem, Angelis et beatis per omnem eternitatem resplendent. Porro thus orationem denotare, et myrram mortificationem, ut patet *Cant. iv, 7*: « Vadamus, ait, ad montem myrrae et ad collum thuri. » Et cap. 1, 13: « Fasciculus myrrae, dilectus meus militi. » Et cap. iv, 14: « Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuri, »

Deum, ideoque ei thus; ac denique moriturus pro salute hominum, ideoque myrram addere; quisque enim credebat Christum esse regem et Deum, et possibilem passurumque pro hominibus Ita Juvencus, Ambrosius, Gregorius locis iam citatis, atque hoc loco Abulensis, Lyranus, Anselmus, Remigius, Dionysius Carthusianus, Barradius et alii. Unde Glossa: « *Divin*, inquit, inspiratione id factum est, ad significantiam in Christo regiam potestatem (per aurum), divinam majestatem (per thus), et humanam mortalitatem (per myrram). »

Allegoricæ: hec tria munera notant Christum qui Deo Patri seipsum in cruce obtulit ut aurum, dum ex aera charitate, scilicet ex amore hominum seipsum immolavit; ac ut myrram amarissime passionis dolorum et fermentorum, atque ut thus summae religiosi, submissionis, veneratiois et laetie. Unde eadem feria sexta qua Christus se obtulit in cruce, Magi quoque hec tria munera Christo obtulerunt. Traditione enim est Christum natum esse die Dominicæ, a qua si numerus tredecim dies, incides in feriam sextam hebdomadæ sequentis. Magi enim adorarunt eum decima terda ab ortu ejus die, qua Ecclesia eorum memoriam recolit. Ita Suarez, III p., *Quæst. XXXVI*.

Rursus Christus S. Trinitati tria obtulit dona, Temp.  
Præcep.  
Fines.

Tropologice: *Primo* aurum est charitas, item sapientia; thus est oratio et devotio; myrra mortificatio. Unde S. Gregorius, hom. 10: « *Aurum, ait, offerimus, si sapientie lumine splendemus; thus, si orationis studio redolemus; myrram, si carnis vita mortificamus.* » Hinc, *Cant. v, 14*, de Christo sponse ait sponsa: « *Manus ejus tornatiles aureæ, plena hyacinthi.* »

*g. d.*: *Manus*, id est opera Christi adeo perfecta erant, ac si torna essent elaborata. Rursus *tornatiles*, id est versatiles et agiles ad omne bonum; *aureæ*, quia ornatae charitate; *plena hyacinthi*, quia celestium amorem spirantes: aurore ergo opera charitatis faciunt aureas manus; quare quot opera charitatis faris, tot quasi aureos annulos d'iftis tum tulis, tum Christi inseris. « *Bona auctem opera*, » ait S. Bernardus, lib. *De Convers. ad Cleric.*, cap. xv, « sunt semina eternitatis et aeternæ glorie. Zeuxis, pictor celeberrimus, monrose pingebat; rogatus, causam dedidit: *Pingo, inquit, eternitatem*; ita et tu, o fidelis, operare, vive, pingere eternitatem, ut opera tua in celo coram Deo, Angelis et beatis per omnem eternitatem resplendent. Porro thus orationem denotare, et myrram mortificationem, ut patet *Cant. iv, 7*: « *Vadamus, ait, ad montem myrrae et ad collum thuri.* » Et cap. 1, 13: « *Fasciculus myrrae, dilectus meus militi.* » Et cap. iv, 14: « *Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuri,* »